



Sophisma duodecimū

¶ Consequentia a tota disiunctiva iuxta intentionem decemone regule: est argumentum formale

¶ Patet quia regula dicit q̄ arguendo a tota disiunctiva cum opposito vnus partis ad alteram eius partem nō destructam est bona consequentia. vt bene sequitur. sortes currit vel plato disputat. sed sortes nō currit. ergo plato disputat. Et est ratio regule. quia ad veritatem disiunctive sufficit et requiritur vnā partem esse veram. si ergo vna pars sit vera et reliqua falsa. tunc arguendo a destructione partis false ad partem veram non destructam valet consequentia. Et est formalis. quia tenet in omnibus terminis consimilibus consimili forma arguendi retenta

Sophisma decimūterciū

¶ Iuxta duplicem veram habitudinem cōditionaliū: ponuntur due vltime regule consequentiarum.

¶ Patet quia quattuor sunt habitudines conditionalium prima arguendo a positione antecedentis ad positionem consequentis est bona consequentia. Secunda arguendo a destructione consequentis ad destructionem antecedentis est bona consequentia. Tercia arguendo a destructione antecedentis ad destructionem consequentis est mala consequentia. Quarta arguendo a positione consequentis ad positionem antecedentis est consequentia mala. Et due prime habitudines fundant duas vltimas regulas consequentiarum ab autore positas. quarum probatio euidenter patet in copulatis. Et hec de sophismatibus tractatus consequentiarum sufficiant quāquam pauca. quia materias nimis extendere obtundit ingenia paruulorum quorum precibus hoc presens collectum est opusculum. sub correctōe meo huius sententium.

¶ Deo gratias.